Hermannchronik	Kaiserchronik	Bernoldchronik
CCCCLXXI. Romę Richmer patricius Olybrium faciens imperatorem, Anthemium imperatorem contra ius affinitatis et imperii cum gravi clade urbis occidit. Sed non diu scelere lętatus, ipse XL° post die et Olybrius VII° mense vitam exegerunt. (MGH SS 5, S. 84.13 f.)	[471] *Ricimer Anthemium imperatorem cum gravi clade urbis occidit et Olybrium constituit, ipseque periit.* (Göttweig, fol. 67^{r}; Sichard S. 187^{v})	*CCCCLXXI. Richmer Anthemium imperatorem cum magna clade urbis Romae occidit et Olybrium imperatorem constituit, ipseque periit.* (MGH SS 5, S. 411.11 f.)
DCX . . . His temporibus Persę bello furentes, multas provincias Romanis abstulerunt. Inter quas ipsam Hierosolimam auferentes et loca sancta destruentes, inter alia ornamenta et thesauros ęcclesiarum crucem dominicam abstulerunt. (92.1–3)	*DCX) His temporibus Persę multas provincias Romanis auferunt, Hierosolymam quoque et crucem dominicam abstulerunt.* (Göttweig, fol. 69^{v}; Sichard, S. 190^{v})	*DCX. His temporibus Persae multas provincias Romanis auferentes, Ierusalem cruce Domini spoliaverunt.* (414.42)
DCCXXIII. Alamanni et Baioarii item Karolo rebellant. (98.4)	[723] *Hoc tempore corpus sancti Augustini episcopi de Sardinia in Ticinum a Liudbrando translatum est.* (Göttweig, fol. 72^{ra}; Sichard, S. 193^{r})	*DCCXXIII. Hoc tempore corpus sancti Augustini de Sardinia in Ticinum a Ludbrando translatum est.* (417.28)